

ad Heinsium, quae extat in sylloge Burmanniana t. V nr. 279 p. 338.“
Regia bibl. cum emit a G. H. J. Stoeckhardto a. 1797 pretio 10 Thalerorum.

Regia D 212. Falkenstein p. 257.

144.

Ovidii metamorphoseon libri XV.

Cod. membr. 149 foliorum in 4. saec. 14. in Italia exaratus, litteris initialibus pictis et auratis. Accessit e bibl. Wertheriana, in cujus inventario aestimatur 5 florenis.

Elect. 530. Regia D 119. Goetze II p. 537. Falkenstein p. 257.

145.

Ovidii metamorphoseon libri XV.

Cod. membr. 143 foliorum in fol. saec. 14. in Italia exaratus, litteris initialibus pictis et auratis. In fine fol. 143' leguntur hi versus:

Bis sex millenos uersus in codice scriptos
Et ter quinque minus continet Ouidius.

In folio, quod ab initio praecedit, priores possessores sic indicantur: „Questo libro si e de mi Nicolo Foschari“, et paulo inferius: „Franciscus Triuisanus Antonij filius.“ Ad bibl. Regiam accessit e Wertheriana, in cujus inventario 5 florenis aestimatur.

Elect. 54. Regia D 65. Goetze I p. 421. Falkenstein p. 257.

146.

Ovidii metamorphoseon libri XV.

Cod. chart. 162 foliorum in fol. litteris initialibus pictis. Aetatem indicant haec verba extremo fol. 162' scripta: Explicit Ouidius metamorphoseos gracia altissimi MCCCC^oXXX die XXVI Julij. Emptus est e bibl. Amedei, canonici Bonon., per Brunellium.

Elect. 54^b. Regia D 74. Falkenstein p. 257.

147.

- a) Ovidii tristium libri V. fol. 1.
- b) Ejusd. de Ponto libri IV. fol. 72.
- c) Ejusd. de nuce libellus. fol. 136'.
- d) Id., ad Liviam de morte Drusi. fol. 141.

Cod. membr. 149 foliorum in 4. saec. [15. vel] 16. ineunte eleganter scriptus, litteris initialibus pictis librorumque inscriptionibus auro exaratis. Ad marginem adscriptae sunt eadem aetate variae lectiones. Olim hunc codicem fuisse cujusdam e gente Visconti documento sunt insignia gentilitia in prima pagina picta. Goetze a. 1747 Venetiis eum emit. *Geschrieben in Venedig 1470 n. 1485.*

Elect. 532. Regia D 130. Goetze III p. 369. Falkenstein p. 257. M. Haupt, opuscula vol. 1. Leipz. 1875. 8. p. 316. Emil Hübner: Hermes Bd. 13. Berlin, 1878. 8. p. 244. *Nach Meinung von M. D. Reeve, Oxford:*

ist der Schreiber dieses Mss. Bartholomaeo Sansino (1435-1518), von dem ein fast identischer Text in der Bodleiana (Donice 146 s. c. 21720) vorhanden ist. (Mittheilung v. 12. 1. 1874.)